

redeamus; Patris namque & filio coaeternus sp̄s igne mon-
 stratur. quia incorporeus & ineffabilis. atque inuisibilis ignis
 est; ac testante paulo; D̄s noster. ignis consumens est; D̄s
 quippe ignis dicitur. quia hunc peccatorum rubigo consumit.
 De hoc igne ueritas dicit; Ignem ueni mittere in terram & quid
 uolo nisi ut ardeat. terra enim uocata sunt corda terrena.
 quae dum semp̄ infimas in se cogitationes congerunt. a malignis
 sp̄sibus conculcatur; Sed ignem d̄s in terram misit. cū
 afflicto sc̄i sp̄s carnales incendit; & terra ardet. cum
 cor carnale in suis prius uoluptatibus frigidum. relinquit
 concupiscentias presentis saeculi. & incenditur ad amorem
 d̄i; bene ergo in igne apparuit sp̄s. quia ab omni corde quod
 replet. torporem. frigoris excutit. & hoc in desiderio sue
 eternitatis accendit; In ignis autem linguis monstratus est.
 quia idem sp̄s coaeternus est filio. & habet cognationem
 maximam lingua cum uerbo; Verbum quippe patris filius.
 & quia una est sp̄s & uerbi substantia. idem sp̄s monstrari de-
 buit in lingua; Vel certe quia plinguiam procedit uerbum.
 In linguis apparuit sp̄s quia quis quis sc̄i sp̄s tangitur. si uer-
 bum idē unigenitum filium confitetur; & negare di uerbi
 non ualeat. quia sc̄i sp̄s linguam habet; Vel certe in linguis
 ignis apparuit sp̄s. quia omnes quos repleuerit. ardentius
 pariter. & loquentes facit; Linguis igneas doctores habent.
 quia dum d̄m amando predicant. corda audientium infla-
 mant; Nam otiosus sermo docentis est. si prebere non ua-
 let incendium amoris; Hoc doctrine incendium ab ipso uerita-
 tis ore conceperant. quid dicebant; Nonne cornum ardens
 erat in nobis. cum loqueretur in uia. & aperiret nobis scriptu-
 ras. exauditu quippe sermone inardescit animus. corporis